

S. O.

DISSERTATIO PHILOLOGICO  
MORALIS,

De

DETEGENDO  
CAPITE

INTER ORANDUM & PRO-  
PHETANDUM

Ex I. Cor. XI. v. 4.

Qvam

Approbante Ampliss. Ordine Philos. in illu-  
stri Aboæ Lyceo,

Sub MODERAMINE

Mag. JOH. WALLENII

Design. S. Th. Prof.

Ad publicum eruditorum examen pro obti-  
mendis solitis in Philos. honoribus deferre;

AARON LIMATIUS

Wiburgensis.

Die VIII. Aprilis anno

MDCCXXXVIII.

boris ante meridiem consuetis.

---

ABOÆ, Exc. Joh. Kizmpe, R.A.C. Typ.

OPUSCULUM DE TATUINA  
CENSU M

Kongl. Majsts  
Tro Man och Øfverste / Øfver  
Tawastehus Låhns Infanterie Rege-  
mente /  
Högvälborne Fri-Herren /  
**Herr CONRAD**  
**BILDSTEIN,**

**H**eti åhrans höga Ceder,  
Edert Namin inpråglat står /  
At der wördas med den heder /  
Sem Ehrt vårda rychte får  
Wida kring i dygdens tempel ,  
Lappra hieltar til exempel.

Unner/ jag mig det utbeder /  
Mig få rista här Ehrt namin /  
Til at skaffa dermed heder  
Afh min skrift / som ingen hamn  
Finna kan i Folckets tycke /  
Utom detta åhre=Imycke.

Ester-

Efterlåten det i ånnet  
Stallas på mitt ringa wårde:  
Fördom laties gyldne-ipånnet  
Så uppå GLÖDS högsta Clerc:  
Jag för Eder diupa böner  
Öfstra will/ som Aarons Söner.

Låte HERREN Edert nöje  
Stå uti en ständig währ /  
Lyckan löpe som i löje  
An til Eder många åhr:  
Eder Siål en ewig fögnad /  
Känne af Guds milda hagnad!

Högvalborne Herr Öfverstens  
och Fri-Herrens

Hdmirkaste tienate  
AARON LIMATIUS.

VIRO Admod. Rev. atque Amplissimo  
M<sup>g</sup>. GEORGIO HELSINGIO,  
Dioeceseos Borgoënsis ARCHI PRÆ-  
POSITO laudatissimo, ven. Confist.  
VICE PRÆSIDI & Adsecessori prima-  
rio gravissimo,

Mæcenati & Patrono æstumatissimo.

Admod. Rever. Et<sup>r</sup> Praelarissimis

DOMINIS MAGISTRIS

Reg. Gymnasii Borgoënsi Theol. &  
Philos. LECTORIBUS Dexterrimis,  
vener. Consistorii ADSESSORIBUS  
æqvissimis,  
Evergetis ac Promotoribus.

Et si beneficia atque favorem VESTRUM,  
Mæcenas & Patroni Beneficentissimi,  
nullo non tempore mibi præstitum, ea, que  
par est, reverentia, veneror veneraborg  
tacitus. Nihilominus mearum esse duxi  
partium, oblata bac mibi ex prævida NU-  
MINIS cura occasione, pium in VOS sub-  
pectore latenter affectum, publico testimo-  
nio palam facere atque comprobare. Sus-  
cipio.

scipite igitur, MÆCENAS atque PATRONI  
Beneficentissimi, serena fronte pagellas bas-  
ee, de detegendo capite inter oran-  
dum & prophetandum, rudi minerua  
E salamo festinante, conscripas, in pie-  
grataque mentis mea pignus certissimum.  
Ego merita VESTRA in me omnesque ho-  
mos, quousque vitam acturus sum, submis-  
se depradicare non desistam; simulque DE-  
UM Ter Maximum supplex precabor, ut  
VDS, MÆCENAS ac PATRONI æstumarissi-  
mi, quam diutissime salvos E incolumes-  
serdes, ac omnigena prosperitate mactes.  
Imprimis ut etatem, Tuam nimis ingra-  
descensem, Mæcenas E Promotor æstu-  
matissime, Sdavem ac jucundam Tibi red-  
dat, summus rerum Arbiter.

Admod. Rever. atque Præclarissimo-  
rum Nominum Vestrorum.

Humillimus Cultor  
AARON LIMATIUS.

Högtående

Råd=och Handelsmän i Borgå/  
Hr. JOH. BERNDT RAHLING,

Herr PAULLUS BREDENBERG,  
Mine Högtående Gnatare/

¶ Nl ett prof af tackhamt sinne/  
För Ehr gunst och godhet all/  
Som hos mig skal bli i minne  
Tils jag åndtlig wärder fall;

Jag Ehr ägnar thefse rader  
Med en klen och swager får/  
Them jag i förtröstan glader  
På Ehr gunst / til Ehr frambar.

Wähl min gäfwa intet hinner  
Swara mot det / jag mig ser  
Skyldig wara / och jag finner  
Långt utaf mig fördras mehr.

Doch så beder jag mehr trågit  
At hon tages af Ehr opp/

¶ ett


I ett sinne väl benågit /  
Där om jag nu gjort mig hopp.

HERREN styre ståds EHR wandel  
Med sin nådes rika hand ;  
Låte jämwäl Eder handel /  
Stå i stor til sid och land.

Alle dagar til EHR nöje :  
Til sin rikedom och ro  
Gud EHR längtan altid bøje ,  
I linskylig och fast tro !

Mine Högtårade Gynnares  
och Herrars

Hörsammaste tienare  
**AARON LIMATJUS.**



I. N. 3.

**Q**VAMVIS **SUPREMUM** **NU-**  
**MEN** a veris sui culto-  
ribus & adoratoribus  
ἐν πνεύματι καὶ αληθείᾳ,  
in spiritu & veritate adorari ve-  
lit, Joh. 4. 23. Fieri tamen vix  
potest, quin prodant se se interni  
animi adfectus, si modo serii illi  
sint & non fucati, per exter-  
na aliqua indicia & signa. Qvo  
sensu Chrysostomus de externis  
orantis gestibus loquens dixit:  
κήρυξ γινεται τής εὐδος εὐλαβέιας τὸ ἔ-  
ξωθεν σχῆμα. Hom. L. II. & B. Ger-  
bardus, externi illi, inquit, gestus,  
interioris devotionis non solum sunt

A

signa

signa & indicia, sed etiam operum &  
& gestus. Harm. Evang. cap.  
CLXXX. Fol. 1615. Hinc uti sub  
vetere, ita & sub novo foedere  
ecclesia Dei, inter Sacra, suos  
habuit ritus & gestus. Quidam  
tamen eorum ad internum cul-  
tum promovendum, & animi  
devotionem excitandam, atque  
declaradam introducti sunt. Qui-  
dam etiam ad decentem exter-  
num constituendum ordinem, ut  
omnia εὐσχημόνως & κατά τοῖξ fie-  
rent. 1. Cor. 14. 49. Quod ec-  
clesiam Christi novi foederis atti-  
net, varios illa, imprimis inter  
orandum, habuit ritus. Testan-  
tur de iis, si testimonia scripturæ  
præterivero, passim veterum lite-  
rarū monumenta. Primū inter e-  
os locum occupasse constat pre-  
cantium versus solem orientem,  
sive Eoam mundi plagam, faciei  
conversio. Diversus hic mos e-  
rat

rat a Hebræorum , qvi vultu ad  
occidentem , ubi sanctuarium e-  
rat , converso , preces DEO obtu-  
lerunt . *confr. in b. l. Job. And. Quest.*  
*antcq. Bibl. & ecclæs. Sect. IV. Num.*  
*IV. p. 538. seqq. §. 2. 3.* Postea ma-  
nus prius ablutas ad cœlum ex-  
tendebant , oculosqve elevabant  
veteres . Solebant qvocq; capita  
versus terram inclinare , & cor-  
pora incurvare . Immo in æru-  
mnis iisqve gravioribus , toti hu-  
mi cubabant atqve jacebant . Pre-  
ces tamen publicas , imprimis  
certis temporib<sup>9</sup>, stando absolve-  
bant . Inter alios per qvam So-  
lenais mos fuit primis christia-  
nis crucem manu , vel primori-  
bus digitis in aëre formare , aut  
sibi , ac imprimis fronti suæ qva-  
si imprimere ; ut fidem passio-  
nis & mortis Domini in cruce  
exantlatæ palam profiterentur ;  
seqve ejus memores & partici-  
pes esse testarentur . Denique ad-

4  
hiberi solebat in precum solenni-  
um clausula Φιλημα αγιον, osculum  
sanctum, adjuncta salutatione pax  
tecum. Hoc tamen pro mutua  
virorum & seminarum osculati-  
one accipiendum non esse, mo-  
nent nonnulli ecclesiae Doctores.  
His etiam jure annumerari de-  
bet, ritus detegendi caput inter  
orandum & prophetandum, quem  
Paulus Corint. XI. 4. seqq., com-  
mendat. De hoc in praesentiarum  
differere animus est nobis. Inter-  
im BENIGNISS. NUMEN incœptis  
ut ut exiguis fortunet!

Neminem fugere existimamus, no-  
bis hic sermonem esse, non de ritu-  
bus quibusdam essentialibus & abso-  
luti; sed accidentalibus, partim hu-  
mano consilio, partim ipsius salvatoris  
& apostolorum commendatione atque  
exemplo, introductis. De hisce pluri-  
busque aliis pre ceteris legendi sunt.  
Joh. And. Quenst. in Antiq: Bibl.  
& Eccles. pag. 537. seqq. itemque Jo-  
achio

§

accedimus Hiliebrandus, in Rituale o-  
rantium, vel Compendio vel. orandi  
rituum. Cap. 6. § p. 58. seqq.

§ I

**U**T instituto nostro satis fiat,  
non erit inconveniens, in  
scopum apostoli accuratius inqui-  
rere. Hunc autem esse commo-  
nefacere Corinthios neglectæ ~~iu-~~  
~~σχηματουντος~~ in ecclesia, ipse contex-  
tus evincit. Captata itaque a  
laudibus eorum benevolentia pa-  
ratisque animis v. 2. ad ipsam  
transit emendationem, castigan-  
do ~~απειλιαν~~, quod viri sacra fa-  
cturi adstanter velatis, & tan-  
tum non muliebriter tectis ca-  
pitibus, gentilium Romanorum  
ritu, qui diis suis, ( excepto Sa-  
turno, Honore Hercule ) sacrificia-  
bant capite aperto vesteque ad-  
taures adducta: vice versa, mu-  
lieres passis capillis incederent,  
& hoc modo lasciviam non tole-  
randam.

randam præ se ferrent. Hoc &c contra decorum ecclesiæ, qvæ gentilium ritus non facile imitantur, & contra morem istius gentis esse, indicat apostolus, dum tecta capita in viris, aperata in mulieribus reprehendit. Nam Græci aperto apite sacra faciebant. vid. Baldv. Consent. in h. l.

## §. II.

**H**oc esse institutum Apostoli cum, hanc summam commonefactionis, omnes consentiunt interpres. Sed videamus porro, quo nitatur fundamento hæc correctio apostolica. Normam decori esse regulas, qvæ a moribus atqve consuetudine hominum pendent, extra controversiam est; unde etiam variat decorum pro varietate gentis atqve populi tam in civilibus quam sacris. Morem apud Græ-

7.  
eos obtinuisse, ut omnes inge-  
nui non solum in publicum  
communiter nudo & aperto ca-  
pite prodirent, sed etiam sacra  
sua peragerent, testantur scripto-  
res. Ab illa autem consuetudi-  
ne græcorum multos, deterta i-  
dolatria ad christianam fidem  
conversos, sive imitatione Judæ-  
orum sive odio moris antiqui,  
detecisse putat *Altingius a. Jo. Chri-  
stophe. Wolf. in curis philol.* p. 469.  
seqq. citatus. Quo pacto cum  
græcorum aliis, profanitatem &  
contemptum Numinis induisse cre-  
di poterant, quod omni testimo-  
nio reverentiæ in sacris nouis ab-  
stinerent, monere *Paulum* ut in  
precibus & prophetia gentile de-  
cūs aperiendi capitis observarent,  
nec magis pudendæ religionis  
speciem præberent extraneis,  
postquam christiani facti essent,  
quam olim præbuissent idolola-

træ

8  
træ. Hæc autem ut ut erudite  
cogitata, longius petita & a scopo  
apoſtoli alieniora videntur *Cele-*  
*berrimo* viro, qui Paulum admo-  
nitionis suæ fundamentum in  
dominio maris in foeminā collo-  
care afferit; idqve ex v. 3. cla-  
rum esse. Apud græcos vero do-  
miniū signum fuisse, capite nudo  
& non velato incedere; hunc i-  
taqve morem a viris, a feminis  
vero contrarium habitum in sub-  
jectionis argumentum etiam in  
sacris teneri velle apostolum. Quo  
asserto quid in hanc rem solidius  
dici possit, judicet qvivis. Nam  
si penitus inspiciamus v. 3. ma-  
nifestum est Paulum *παραγνέσως*  
suæ fundamentum constituere  
dignitatem & præminentiam vi-  
ri præ femina, in eaqve com-  
mendanda gradatione quadam uti,  
expositis subjectionum gradibus  
juxta personarum differentias, i-  
ta quidem ut Deum Christi, Chri-  
stum

9

stum viri, virum mulieris esse caput pronunciet. Jam vero nisi denudatio capitis apud græcos signum fuisset dignitatis & eminentiæ, qua inductus ratione apostolus, adeo magnopere eam ursiset, tamquam necessariam conservandæ capitibus dignitati, certe non videmus; quum ritus hujus absolute & in se considerati moralitas a lege naturæ non videatur arcessenda. Hoç itaqve positio fundamento intert apostolus, viros aperto capite, utpote dignitatis & libertatis charactere, feminas vero tecto ceu subjectionis indicio convenire debere; secus si fecerint, Dei dono, dignitate & prærogativa viri susque deqve habita, capita sua decoraturos fore.

§. III.

**D**lximus in §. præcedenti ritum detegendi capita, quem

in viris urget Apostolus, a consuetudine Græcorum, non vero a lege naturæ derivandum esse. Quod forte videtur contrarium esse assertioni Apostoli v. 14. ubi dicit naturam docere ignoraminam esse viro si comam alat; & v. 15. comam mulieri datam *αὐτῷ περιβολαίῳ*, unde seqvi videatur, naturam, largiendo mulieri comam pro velamine, significare voluisse velanda esse mulieribus capita, in signum subjectionis; adeoque non ex more & consuetudine Græcorum, sed ex ipsis naturæ instituto peti rationem detectionis capitum in textu. Verum ut hinc nos expediamus, tenendum est, *nature* v. 14. non esse eandem notio nem ac *Rom.* 2. 14. sed indigetari solum diversam virilis & fœminei sexus, quoad capillorum mensuram & habitum, conditio-

nem

nem. Unde non tantum' deder-  
cus esset viro, si ipsum naturæ  
opificem in ornatu non sequere-  
tur, sed etiam adscita per co-  
mam muliebrem, persona seqvi-  
ori, dignitati & potestati luæ de-  
rogaret. Unde Theophy!. Cur viro  
**Coma** prolixior ignominie datur? quo-  
niam mulieris speciem induit, & qui  
ut dominetur est condicis, insignia  
servitutis admiserit. Deinde quod  
ad v. 15. videtur apostolus du-  
plici de caussa mulieribus com-  
mendare velamen capitis; pri-  
mo in signum subjectionis, cuius  
rationem petit a consuetudine  
græcorum ex. v. 13 deinde in ar-  
gumentum pudicitiae, ne sc. muli-  
eres Corinthiacæ conversæ aper-  
to vultu & capite incedentes &  
cincinnos ostentantes, instar im-  
pudicarum & luxui deditatum a-  
masis lasciviæ occasionem præ-  
berent: atque huic decoro prælu-

sisse

sille quasi videtur natura mulieribus comam pro velamine largiendo; conveniens ergo esse innuit Apostolus, ut mulieres Corinthiacæ, huic naturæ instituto obtemperantes, velatis capitibus, parte etiam faciei, incitamenta maiorum averterent.

§. IV.

Fundamenti ad monitionis Paulinæ mentionem fecimus §. II. Iubet ergo paulo altius in indolem hujus fundamenti inquirere. τάντος αὐθεὶς καθηλὼν Christum esse dicit apostolus, non eo significatu, quo omnium fidelium est caput, sed ratione sexus virilis, quem in genere humano elegit filius Dei, potestatisque & eminentiæ, quæ ut effulget supra omnem comparationis modum & menturam in Christo præ viris, quamvis in mundo claris & præpotentibus; sic ejus potestatis quasi simulacrum in viris præ-

præ temineo sexu, suo quodam  
 modo & gradu resulget; ideoque  
 pergit Apost. & κεφαλὴν γυναικὸς  
 virum esse pronunciat. *Huc.* in  
 h. l. unde autem ratio dignitatis  
 & præeminentiæ virorum præ fe-  
 minis petenda sit, disquiri solet.  
 Ex solo iure naturæ illam deriva-  
 ri non posse, a recentioribus im-  
 primis moralistis contenditur,  
 quum nec hominum æqualitati  
 conveniat, nec finis societatis  
 conjugalis, qui per solum pa-  
 etum oblineri potest, eam exigat:  
 nec denique maritus digniori se-  
 xu præ uxore sit prædictus. Qui  
 itaque partim inde, quod mulier  
 debeat ortum viro, quod ab a-  
 postolo induxit dicente v. 8. οὐ  
 γέρ ἔστιν αὐτός εκ γυναικὸς αὐτὸν γυνὴ εἶ  
 αὐθόποις, partim ex iure positivo  
 Divino, & quidem Gen. 3. 16 hanc  
 potestatem virilem exculpunt,  
 nostro quidem judicio a vero  
 non

non aberrant; quum verbum  
intercedentibus particulis וְ &  
imperandi significationem, licet  
impari gradu, involvat. Sunt ta-  
men qui excipiunt verba וְ וְ מִשְׁלָכֶת  
pro formula pœnæ divinitus con-  
stitutæ haberi non posse, sed po-  
tius pro prædicatione & divino  
futurorum malorum præfigio,  
quod viri ambitione ducti mulie-  
res sibi subjicere sint tentaturi.  
Fatemur hæc quidem veri spèci-  
em habere, sed obstant loca in  
quibns vir dicitur κεφαλὴ τῆς γυ-  
ναικῶς, utpote in textu nostro, &  
Eph. 5. v. 23. &c unde etiam uxor  
vocatur ὑπαρδεγς Rom. 7: 2. quæ  
loca aliter exponi non possunt,  
quam de præminentia viri præ-  
femina ejusque in eam potestate.  
Caput enim naturale in corpore  
eminet & supremo loco situm est,  
sensuum & rationis dignitate to-  
tum

tum corpus excellens, idque regit & moderatur: sic etiam viorum est uxoribus praesesse, illas regere, tueri alere, &  $\omega\varsigma$  τὰ εἰατὰ σώματα amare, Eph. 5. 28. unde etiam vir dicitur ἐικὼν οὐρανοῦ δέξα θεός h. e. imago gloriae Dei, cum in illo, collatione ad uxorem, majestas & imperium eluceat; γυνὴ δὲ δόχα αὐθεός; quandoquidem exponente Hunnius, in subjectione uxoris apparet, ex natura correlatorum, gloria, eminentia &c potestas viri, super mulierem. Hinc etiam ὁ Φείλειος γυνὴ εἰγοσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς οὐρανοῦ, potestatem habere in capite, v. 10. h. e. exponentib<sup>9</sup> aliis, vel a-  
men, tanquam signatū pro signo, quo nimirum testatum faciat se esse sub potestate viri Glass. in pblolog. Sacr. p. m. 1476. Aliis vero vocem ἴγεσίας in significazione nativa & propria servantibus & τῇ οὐρανῷ in sensu morali & respe-  
ctivo

etivo accipientibus, adeo ut sensus sit, debere mulierem potestatem habere i. e. agnoscere, aestimare, in capite, nempe viro vid. Stark. nota Critic. philolog. ad h. l.

### §. V.

**H**is jam præmissis, fundamen-  
tique loco positis, ad penitio-  
rem Textus enucleationem nos  
accingimus, subjectum propositio-  
nis Paulinæ omnium primo sub  
incudem revocantes. *nās anīē*,  
inquit, apostolus. *nās significat os*  
*mneos*, sumiturque in sacra scri-  
ptura, vel *distributive* vel *collective*,  
interdum absolute ponitur, ut  
*Rom. 3: 23.* interdum ad præ-  
sens subjectum restringitur, ut  
heic loci. *anīē denotat virum*, vel  
generatim quocunque spectatum  
modo, vel speciatim interdum  
marem in oppositione ad fœminam,  
*Matth. 14: 21 15. 38.* inter-  
dum

dum maritum in oppositione ad uxorem. *Mattb.* i. 16. *Marc.* 10. 2. 17. interdum hominem virilis ætatis. i. *Cor.* 13: 11. Interdum speciem hominis nulla habita ratione sexus *Luc.* 11: 31. 32. Quo autem sensu heic accipiatur paucis videndum. De sexu virili heic sermonem esse, extra omnem dubitationis alea possum esse probat. v. 5. De adultiori itidem ætate, prædicatum prophetare; licet non orare teneræ quoq; & juvenili ætati accommodari possit. Num vero monitum Pauli de detegendis capitibus, inter orandum & prophetandum concernat conjugatos solum, an vero cœlibes quoque, alia est quæstio. Videtur quidem subjectionis signum, tectio capitis, quæ v. 6. injungitur mulieribus, cf. *Eph.* 5: 22. restrin gere commonefactionem aposto-

18  
q; ad conjugatos; unde etiam b.  
*Hunnianus* verba ista: *qum de dōgō  
arđegō ēgō* non virgines sed mu-  
lieres concernere existimat, qvip-  
pe ad qvarum decorum perti-  
neat, ut viris sint subiectæ;  
qvum virgines etiamnum liber-  
tate sua gaudeant, nec ut uxo-  
res, viris subditæ sint, ideoquæ  
liceat eis uti ferti virginitatis  
symbolo. verum enim vero qvum  
extra conjugium viventes, divi-  
na ordinatione ad conjugium  
sint ordinatæ, ut ad eius vota  
transire posint; nil obstat qvō  
minus parili loco, quantum ad  
rem præsentem, cum conjuga-  
tis habeantur, vid. *Calv. Bibl. il-  
lustr.* ad h, l. Unde conseqvens  
est, Paulum, Corinthios mentem  
suam de decoro aperientem,  
non minus ad cœlibes quam  
conjugatos respicere.

## §. VI.

**E**xposito sic breviter subiecto propositionis, proximum est, ut ea, qvæ ad descriptionem subiecti pertinent, attingamus. Hanc autem absolvunt seqventia: πέπεις χόμενος, ή περιπέτευσαν κατὰ κεφαλῆς σχων. De singulis vocibus breviter agendum. πεπειχόμενος, a πεπειχων, qvod notante Stoebio apud Profanos notat vota nupsare; in N. T. generatim volitionem & desiderium importat, speciatim vero precationem, precum fusionem, sive Deo gratarum, vel pro se vel aliis, sive ingratarum, quales sunt hypocitarum. Mattb. 23: 14. Marc. 12: 26. De precibus in publico ecclesiæ conventu sermonem esse, videntur circumstantiæ textus evincere; unde B. D. Gezelius in comment. in h. l. offenteligen med / och i förfamlingen på the Heliga tider!

S. Ap. G. 3. 1. quo cum plu-  
rimi interpretes conspirant. προ-  
φητίνων, a πέποντίνῳ prophetare, non  
unum eundemque semper, sed  
plus simplici habet sensum. Et  
quidem primo prophetare ille di-  
cebatur, qui divinam sibi im-  
mediate manifestatam voluntate-  
m exponebat. Itidem qui di-  
vini spiritus afflatus futura quæ-  
vis & occulta, vel totius ecclæ-  
siæ imminentem statum, vel in-  
sperata quorundam hominum fa-  
ta & infortunia prædicebat, ut  
Agabus Act. 11: 27. 28. item qua-  
tuor filiæ Philippi Act. 21. 9. ali-  
iqve. Deinde eodem officio fun-  
gi dicebatur, qui singulari sa-  
cras literas explicandi interpre-  
tandiqve facultate pollebat, & ge-  
nuinum illarum sensum, etiam  
in locis obscurioribus, eruere  
valebat. Huc referri solet Rom.  
12: 6. 1. Cor. 14: 2. His etiam  
non-

nonnulli eos addunt, qvi sacris  
 hymnis & psalmis Deum lauda-  
 bant. 1. Sam. 10. 5. 1. Par. 25: 13.  
 3. Confr. Poli Crit. *Sasra* in h. l.  
Qvarum significationum, qvæ-  
 nam heic loci præcise obtineat,  
 qværi potest. Alii interpretum  
 de interpretatione scripturæ in  
 sacro cætu heic agi existinant;  
 qvod tamen aliis non placet,  
 qvandoqvidem commate seqwen-  
 ti mulieribus qvoqve  $\pi\theta\mu\delta$  prophetæ-  
 re tribuitur, qvibus tamen pu-  
 blicum docendi munus non fuit  
 concessum cap. 14. 34. unde  $\pi\theta\mu\delta$   
 $\pi\theta\mu\delta\pi\tau\pi\mu\omega$  h. l. exponunt de pri-  
 vatis sermonibus, qvos & viri &  
 mulieres coram domesticis & fa-  
 miliaribus suis de rebus divinis  
 instituere possunt. Aliis  $\pi\theta\mu\delta\pi\mu\epsilon\pi\mu\omega$   
 idem est ac prophetiam audire.  
 Qvam explicationem b.D. *Baldwin*-  
 non existimat ineptam, si hæc  
 hujus vocis significatio ex aliquo  
 scri-

scripturæ loco probari posset. Alii, nostro qvidem judicio optimæ, per prophetiam heic intelligunt singulare illud Dei donum, qvod ecclesiæ primitivæ fuit promissum per *Joëlem C. 2: 28.* Qvod donum in filiabus Philippi evangelistæ animadversum fuit: *Act. 21. 9.* aliusq; postea, de qvibus observat *Grotius*, qvod solitæ sint publice sacras prophetias expōnere. Unde interdictum Paulinum, *1. Cor. 14. 34.* cum exceptione, puta nisi speciale Dei mandatum haberent, intelligendum assentit. *Kata* extra compositionem, cum genetivo constructum; significat *contra*, *de*, *super* 'per, *in*, *e ex*, *circum*. *KεΦαλὴν* proprie denotat caput, partem hominis principalem, tropice vero vel iplum hominem, *Act. 18. 6.* & *Matt. 27. 25.* ejusque vitam e capite pendentem, vel super-

perioritatem & præminentiam,  
*Eph.* s. 23. ἔχως ab εἰχειν habere, cu-  
jus varias significaciones recenset  
*Stock.* Nos autem heic non spe-  
ctamus, quid εἰχειν per se signi-  
ficare possit, sed quid hoc loco  
significet. Quo paſto, verba al-  
lata explicari possunt, in capite,  
vel super aut circum caput babentur.  
Ubi subintelligendum est n̄ ali-  
quid; vel κάλυμμα velamen, ut *Lam-  
bertus Bos* vult in exēsit. philolog.

### §. VII.

**O**rđinis ratio jam exigit, ut  
prædicatum propositionis  
breviter examinemus, qvod ex-  
primit apostolus per τὸ καταιχυ-  
νεῖ τὴν χεφαλὴν αὐλῆ. καταιχύειν, de-  
notat pudefacere, pudore afficere,  
dedecorare, spe vel re exspectata aliquem  
frustrare, *Rom.* 5: 5. 9: 33: 10: 11.  
Mendacit̄ redargit atque criminum,  
2. *Cor.* 7: 14. αὐλῆ per crasin pro-  
īauλῆ, significat suum. De χεφαλὴ  
di-

dictum est prius. Χαῖρε χρυσεῖ τῷ  
κεφαλὴν αὐλῇ itaque est: dedecoras,  
deturpat, pudefacit caput suum. Sunt  
haud pauci, qui caput hominis  
naturale, quod tali facto dede-  
coratur intellectum volunt. Ve-  
rudi si quis rite locum scriptu-  
ræ perpenderit, sententiam eo-  
rum minime sibi constare vide-  
bit. Etenim comma proxime an-  
tecedens velut sequentis decla-  
randi gratia, apostolus præmit-  
tit, ibique Christum caput viri  
nuncupat. Et cum verbum hunc  
autem immediate ei annexit, ac-  
que ex eo quasi ad hunc con-  
cludit, non potest non Christum  
intelligere. Quo sensu Christus  
dicatur caput viri antea est ex-  
positum. Quia autem ratione ob-  
velatione capitis inter orandum  
& prophetandum Christus igno-  
minia afficiatur ex iis, quæ §.  
III. dicta sunt, patebit. Scilicet  
repræ-

repræsentat vir, respectu eminen-  
tiæ & potestatis in mulierem, ma-  
jestatem & imperium Dei, cu-  
jus dignitatis characterem apud  
Græcos monuimus tuisse aper-  
tum & non velatum caput; si  
itaqve symbolum libertatis & do-  
minii, nimirum liberum & ex-  
peditum apertumqve caput tam  
flocci pendet, per indirectum  
hoc cedit in despectum Christi,  
cujus imago esse debebat usur-  
patione symboli, qvod liberta-  
tem potestatemqve significat, ut  
egregie observat B. Hunnius. Imo  
ut verbis utar Theophylacti; cum  
princepe natus sit vir & potens, alte-  
rius ditioni se addicat. Caput nam-  
que obtegere, est capiti jugum impone-  
re. Capitis etiam velamen illud servitu-  
tis est signum, non potestatis. Ex  
hisce, qvæ pro ratione instituti  
breviter & rudi minerva dicta  
sunt, sensum & rationem affer-  
tionis

tionis Paulinæ, utcunqve patere existimamus. Supereft igitur, ut moralitatem hujus actus paucis examinemus.

§. IX.

**Q**uod igitur obligationem ritum hunc sacrum, inter orandum & prophetandum, observandi, attinet, minime illum absolute & omnimodo necessarium esse dicimus, adeo ut ad istum ceterosqve pares sub necessitate salutis, qvis adstringatur. Posita vel certe admissa hac hypothesi, rationem hæc ceremonia cum ceteris haberet legis ejusqve universalis, & hinc ne quidem mulieres exciperenter. Talem autem legem, præcipue circa ritus externos, nusquam Salvator noster, nec apostoli ejus in N. T. præscripsere. Deinde nec admittimus antecedaneam aliquam specialem determinantem

nantem rationem ad hunc ritum  
magis, quam ad aliū ipsi con-  
trarium dari. Ratio enim rei vel  
inde patet, qvod hic habitus cor-  
poris in se & abstracte conside-  
ratus, plane indifferens sit, ad-  
eoqve nec bonus, nec malus.  
Verum cum habitus precantis,  
tantum non omnis, accommo-  
dandus sit ad consuetudinem,  
qua solent homines reverentiam  
suam & cultum testari erga ma-  
gnates & principes hujus seculi,  
& omnes homines jure di-  
vino obligati sint, qvo vis modo  
obseruantiam atqve reverentiam  
supremo Numinī præstare, con-  
seqvens est, qvemvis, in dato  
casu, inter orandum & prophe-  
tandum, ad detegendum caput,  
hypothetice obligari; nisi vale-  
tudinis ratio, cuius cura cuiqve  
incumbit, aliud reqvirat; quo  
tamen in casu superbiæ mollitiei  
aut

aut singularitatis suspicio evitanda est.

§. X.

**E**A, qvæ in §. proxime præcedenti breviter dicta sunt, per partes quasi, jam erunt exponenda & demonstranda. Nemo quidem unquam ratione sana prædictus, existentiam cultus divini interni, in dubium vocare ausus est. Ast fuere, nescio cujus perspicaciæ, nonnulli, qui necessitatem cultus externi, ex ratione demonstrari posse, temere negarunt. Nos quidem labore isto impræsentiarum supercedimus, aliorumque solidâ demonstratione contenti, veritatem illam pro concessa nobis postulamus. Divinum cultum definimus per ejusmodi actus, quorum argumenta & motiva desuntur ex attributis & perfectiōibus divinis. Cultum Deo ex-

ter-

ternum non uno actu persolvi posse, etiam me tacente, neminem fugit. Praestari ille potest verbis, tactis & externis signis atque gestibus, quibus alioquin notio & affectio moralis adjecta est. Cum igitur homo ad integrum externum cultum obligatur, obstringitur quoque ad singulas ejus partes. Ergo etiam ad aperiendum caput inter orandum & prophetandum, quoniam hic actus, partem honoris Deo debiti exhibit.

Ere esse duximus quedam Lectorem bic monere, quum alioquin inter scupulos syrtesque periclitantes notam superstitionis incurrere possimus, inque adversariorum facile transire casta. Diximus supra habitum hunc corporis in se consideratum, esse indifferentem, quod iterum iterumque probe observandum commendamus; adscitum vero imparies cultus externi, desinere esse cultum,

cultum, si ab interno sejunctus fuerit,  
i. e. ab intellectu & voluntate, firmi-  
ter asseveramus; quia nullo impulsu  
perfectionum divinarum, nullo mox-  
to Dei prestatur.

§. XI.

**E**X Dei perfectionumque ejus  
consideratione, non solum  
existit firma animi persuasio de  
ipsius excellentia & eminentia;  
sed & studium, hanc singularem,  
imo summam de Deo existima-  
tionem, in animo hominis ex  
consideratione perfectionum di-  
vinarum ortam, qvovis modo  
declarandi; quod uno nomine  
observantiam vel reverentiam  
vocabus. Si ergo detectio ca-  
pitis, inter orandum & prophe-  
tandum, sit ritus reverentiam  
illam testatam faciens, sequitur  
nos ad illum obligari.

§. XII.

**H**omo gloriam summi Numi-  
nis

nis omnibus modis amplificare & illustrare tenetur. Qvodcumque de honoris divini amplificatione dicitur, id non eo valet, ut ad ipsum ejus dignitatem aliquid adferri posse censeatur. In eo enim, qvod sumnum & maximum, absolutum atque immensum est, nulla datur accessio. Sed respectu hominum id prædicatur, apud quos divinae majestatis splendor & gloria illustratur, si ea, quæ de tanta ipsius dignitate animo concepta est opinio, patefiat aliis, ut inde augeatur communis apud alios æterni Numinis veneratio. Hæc illustratio variis modis fieri potest, utpote factis, sermone, externis signis atque gestibus, quibus non solum declaramus & ostendimus nosmetipsos, supremam majestatem pia mente venerari, talemque agnoscerre,

re, qvalis revera est; verum etiam alios ejusdem officii admونemus, & ad eandem observantiam erga Deum inflammamus. Huic obtinendo fini detectio capit is inter actus plus simplici vice dictos, intervire potest; ergo etiam ad illum obligamur.

### §. XIII.

**C**ultus Dei externus est, vel *solitarius* vel *socius*. Cultus solitarius est, quo quis pro se sine aliquo socio Deum colit. Cultus autem socius, quo plures, sive multi, sive pauci, junctim Deum colunt. Præcedentes paragraphi præcipue ad cultum externum, locum seu publicum pertinebant. Quid propter jam quæri potest, an quis solus inter preces fundendas, sanctissimum Numen denudatione capit is venerari teneatur? Ea est communis humanæ naturæ,

mo

& ex consensu commotionum  
mentis atque corporis admirabili, derivata ratio, ut quae animo sentimus atque percipimus, plerumque illis signis & gestibus corporis indicemus, qui ad cogitationes & affectus exprimendos, quam maxime aptati & accommodati sunt. Quid igitur, quæso, æquius? quam ut divinus institutum ordinem, atque naturæ infixam quasi legem sequentes, animum devotionis plenum etiam hoc submissæ venerationis signo effundamus. Alloquimur alios nobis superiores homines etsi privatim detecto capite; iniqum itaque esset, si non Regem regum, & Dominum dominantium eodem honore preseqvemur alloquentes, nisi alias rationes eaque gravissimæ obstant.

## §. XIV.

**H**Æc jam breviter in medium  
prolata , prudenter atqve  
cum judicio ad eos applicanda  
sunt , penes qvos talis ritus hu-  
jus est moralitas , uti christianos  
europæos , qvi hoc more inde a  
multis retro seculis præcipue in-  
ter orandum , qvod hic utramq  
fere facit paginam , usi sunt . Mi-  
nime vero urgendum ab iis , qvi  
contrariæ adveti sunt ceremoni-  
æ , e. g. Turcis & Muhameda-  
nis , qvi non aperiunt caput su-  
um coram magnatibus & mo-  
monarchis suis , sed inclinato  
duntaxat corpore , aut decussatis  
cruribus , sedendo testantur er-  
ga superiores reverentiam ; ideo  
neqve inter preces fundendas ,  
caput deregunt . Maimonides in  
misne Tom. I. lib. 2. Tract. de orat. cap.  
s. s. s. eandem morem Judæis  
commendavit . non orabit ( Judæus )

cum bulga, sive peras, neque retecto capite, neque nudis pedibus. Et mox subdit: nisi forte mos loci illius sit, ut quis stet coram magnatibus nudis pedibus. Ad prophetantes quod attinet, praxis variat apud christianos europam incolentes. Qui sacras habent conciones, alii aperio id faciunt capite, alii te&to. Illos & en*trō* canonis apostolici seqvi indubium est. Hi autem a *en̄tu* qvidem, non tamen a mente & ratione ejus recedere videntur; si nimirum civili consuetudine soleant illi, qui cum auctoritate loquuntur & concionem habent, vel subditis s. inferioriobus, vel discipulis, eodem habitu loqui, puta te&to capite,

### §. XV.

**S**uperest, ut quædam addamus de crinibus adlitiis seu capillamentis, quæ idiomate gallico, peruv*ve*, vocamus. Haud inju-

injucundum erit Lectori, pauca  
velut in transitu de origene gale-  
orum tradere. Sunt, qvi Ebræ-  
is tanquam populo antiquissimo  
usum capillamentorum vindicare  
solent, ex El. 3: 24, verum lo-  
co allegato mentionem fieri cir-  
cinnorum, qvis non videt. Ast  
Persas Medosqve primum crini-  
bus apposititiis usos fuisse, faci-  
lius alii probare volunt. Nam  
Astyages appositis comis, Medo-  
rum more incessisse legitur, un-  
de factum, ut conspecto illo ex-  
clamaret Cyrus nepos: *o quam  
pulchrum avum habeo.* Xenoph. L.  
I. Pæd. Græcis non displicuit  
Hannibal institutum, qvi subin-  
de novis utebatur crinibus, teste  
*Suida & Plutarcho* in ejus vita; sed  
ad ipsam rem.

*vid. Dissert. de capillam. Nathan.  
Galct.*

## §. XVI.

**L**ucem, haud dubito, argu-  
mento nostro tñeneraturi su-  
mus, si in antecessum nonnulla  
de usu & abusu capillamentorum  
præmittamus. Eos primum cir-  
ca usum capillamentorum pec-  
care, verum est, qvi crines hy-  
pocriticos capiti aptant, morta-  
lium gratiæ licet spuriæ captan-  
dæ cauſa. Nec recta incedunt  
via, qvi temeraria tupebia &  
ambitione inflati, capillis, nulla  
cogente necessitate, abſcissis, a-  
lienum crinem adſiſunt. Con-  
fer. gravissima in hujusmodi  
ambitiosos corruptores invectiva,  
D. Augusti Serm. 247. de Tempore.  
Pari paſſu cum his ambulant,  
qvi uti reliquo vestium, ita &  
capillamentorum nimio ornatu,  
vel nobilitatem generis, vel bo-  
na fortunæ, qvibus tamen desti-  
tuun-

*vid. Difſert. cit.*

euuntur, in aliorum fraudem  
mentiuntur. Propter abusum ve-  
ro, minime verus & legitimus  
comarum supposititarianum usus  
est interdictus.

### §. XVII.

**S**I qvis autem, sepositis omni-  
bus spuriis finibus, unice sa-  
nitati corporis & decoro, idque  
sine offensa & scandalo aliorum  
consulturus, procomion capitii  
imposuerit, quin licite illud te-  
cerit, nullum est dubium. Con-  
sideremus varia morborum ge-  
nera caput hominis infestantia,  
qvibus uti data opera, remedi-  
um qværitur ab ægrotantibus;  
ita haud raro nulla commodiore  
ratione, qvam auxilio capilla-  
mentorum occurritur. Sane ce-  
rebrum æque ac reliqua huma-  
ni corporis membra tutionem la-  
frigore, aliisque tempestatum &  
malorum ingruentium nocumen-  
tis,

tis, flagitat. Qvod si igitur vestibus a lino & ovium lana mutuatis incedere haud interdictum sit; qvisnam capillamentis ex materia capiti quam maxime convenienti, fabricatis, & sanitati illustrissimi membra consulenti bus, jure succenseat? Si hæc nunc ad præsens negotium applicemus, certe capillamenta in se, & per se non possunt haberi pro tali vellamine, qvod inter sacra capiti detrahendum esset; sed qyoniam in locum comæ naturalis succedunt, idem de iis, qvod de coma naturali est judicandum.

S. D. G.

### Errata typographica.

pag. 4. lin. 12. inpræf. pro *impræsentiarū* p. 5.l. 20. aperto pro *operto*,  
p. 8. l 20. præm. pro *praeminentiam*,  
p. 9.l. 10. cosid. pro *considerati* p. 18.  
l. 3. *ēcnu* pro *ēstiv* ibid. l. 15. posint  
pro *possint* p. 23. l. 16, 17. *καταιχύσι*,  
pro *καταιχύσι*.

Monsieur

AARON LIMATIUS  
Candidat en la Philosophie.

Votre agréable & très noble Conversation, m'a rendu si sensible à l'amitié que j'ai pour vous, que je ne puis m'empêcher de prendre une singulière part à votre bonheur. Permettez pourtant, qu'en cette occasion, où vous mettez au jour votre savante Dissertation, de découvrement de la tête pendant le tems de la prière, que je vous temoigne la joie, que j'ai de vous voir acquerir tant d'bonheur chez tous les gens de lettres. Je souhaite, aussi que cet votre ouvrage, qui est une marque de votre savoir, vous soit aussi un degré pour monter à toute la prospérité imaginable, & que le bon Dieu vous fasse toujours sentir dans votre cœur une telle joie, qui puisse perpétuellement vous rejoindre.

Votre très humble & très affectionné serviteur

ABR. WETTER.